

DE DUPLICI
CHRISTI REDEMPTORIS
NOSTRI NATIVITATE

AETERNA VIDELICET ET TEMPORALI

AC DE VARIIS ARCANIS IN UTRAQUE RECONDITIS

LIBER TERTIUS

HOMILIA PRIMA

Multipliei eruditione explicantur gravissima illa verba d. Ioannis: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum (Ioan.1.).

Mihi attentius consideranti proposita d. Ioannis verba, quibus innumera delitescunt mysteria, stupenda sacramenta, illum videbatur opus ad ea resceraanda somnum duxisse, quem et ipse Apostolus a Christo unice dilectus in pectore illius recumbens, tranquillum, et sacramentis plenum dormivit: ibi enim aures applicans, mirabilem, ac suavissimam praecordiorum Christi harmoniam praesentens, ex continuo palpitanis cordis illius motu ortam, coelestem, ac divinam hanc doctrinam, quam ut conciperet, nedum se ipsum mentis excessu fuit superare, ut adnotavit d. Gregorius explicans illud Ezechielis (c.1): *Facies aquilae desuper ipsorum quatuor, etiam, sic enim ait, se ipsum transit: nam nisi et se transisset, Verbum in principio non vidisset; verum etiam adeo alta petiit, ut instar aquilae sublimis, ad altissimam Libani montis cedrum ascenderit, id est, ad Patrem aeternum cogitatione evolaverit, divinoque in pectore aeterni Verbi delitescens praedam arripuerit, quam nobis postmodum exhibuit, dicens: In principio erat Verbum. Id ipsum praesigneans Ezech. (cap. 47) ait: *Aquila grandis magnarum alarum venit ad Libanum, tulit medullam cedri, et transportavit eam in terram Chanaan.* Quod si curiose scrutaris, quibusnam aliis conscenderit mystica haec Ioannis aquila, virgi-*

nitale, dicit Hieronymus: *Virginitatis alis currit ad Dominum, qui in secreta divinae se natalitatis immergens, ausus est dicere, quod ventura saecula rescribent: In principio erat Verbum: et (lib.1. cont. Iovinianum): Ioannes noster quasi aquila ad superna volans, et ad ipsum Patrem pervenit, dicens: In principio erat Verbum: exposuit virginitas, quod nuptiae scire non poterant. Ut tamen verborum Ioannis celsitudo appareat evidenti, ponderandum est nomen illud, quod ei Christus Dominus imposuit, *Boanerges*, id est filius tonitruum. Ceteri soni e terra exoritur, velut terrae voces videntur, al tonitruum summo in aere efformatum, coeli velut rugilus posset appellari. Talis est vox, quam intonat Ioannes: *In principio erat Verbum*, non terrena, sed e coelo demissa, qualem natura humana, aut angelica in pectore suo nulla ratione efformare potuisset. Unde Symeon Metaphrastes ait, quod postquam Ioannes culmen montis eiusdem conscenderat, in profundissimam divinarum arcanorum contemplationem raptus, magnum fulminum, ac tonitruum audivit strepitum, intersonantemque vocem percepit, qua verba illa exprimebantur: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum.* His consonant, quae refert Procopus (in vita sancti Ioannis), quod Apostolus in montem ductus, ibi adeo vehementer audivit tonitruum, ut pulsatum motu pene extincto, in terram semimortuus proceriderit: *Factum est, ait, fulgur transiens, et tonitruum magnum, et totus mons commovebatur, et nimio terrore exterritus in faciem corruit, sonitu tonitruum percussus. Unde et in remota maximeque distantia loca personit: talis proculdubio fuit Ioannes: nam ut Chrysostomus (prol. in Ioan.) testatur: *Homines, et angelos saepe illius vocis habuit auditores, qua intonuit: In principio erat Verbum. Omni citharocdo Ioannes, om-***

nique musica suavis, utilisque prociuit: est enim proscenium coelum, theatrum orbis terrae, auditores angeli, et quicumque homines angeli sunt, qui fieri desiderant. Tandem sicut tonitruum peteret, ac timorem incutit; sic Ioannes voce hac haereticos conturbavit: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum.* De tonitruo ait David (Psalm.28): *Vox Domini confringentis cedros, et comminuet eas, tanquam vitulum Libani, et dilectus quemadmodum filius unicarum.* Aptè ista verba Ioannis accommodari possunt: ipse est dilectus, ut vel ipse testatur (Ioan. 19): *Discipulus ille quem diligebat Iesus.* Et si unicornis cornu sui acie aquas veneno infectas expurgat; valentior Ioannes, qui saepe vocis virtute omnes, qui contra divinitatem insultabant, exterruit, comminuit, et dextravit. *Et comminuet eos tanquam vitulum Libani.* Atque hinc iure Ioannis in tyrum aquilam adscribit Ezechiel. Aquilam enim Pierius Valerianus (in suis Hieroglyphis) infestissimam serpentibus inimicam describit, atque in eos continuo nidium habere certamen, ea de causa, quod suum nidium aggrediantur, ova inficiant, pullosque lacerent, unde ab his eo suum nidium aquila communit artificio, lapide, qui aquilae dicitur, eum circumdat, quo ita securus redditur, ut ad eum non perveniat anguis; vel si perveniat, et inficiat, depurget, ut contra venenum mirificam virtutem habente. Aquila Ioannes regia, ut contra venenum antiqui effusum de ore serpentis, haereticos videlicet, suos defenderet pullos, tot Evangelii nidium circumvallat lapidibus, quot sunt veritates in propositis verbis delitescentes. Nilitur impius Ebiion hanc in nidium suum effundere virus, Christum negans personam esse aeternam; sed iam primum opponit lapidem Ioannes, Christi confutendo aeternitatem (Ioan. 1): *In principio erat Verbum.* Insultat Sabellius, adstruens Verbum esse personam indistinctam a Patre; addit secundum lapidem Apostolus, intonans: *Et Verbum erat apud Deum.* Invidit Arius, Verbi negans divinitatem; apponit tertium mystica haec aquila: *Et Deus erat Verbum.* Incurrit tandem Manichaeus, das agnoscens primas rerum omnium causas; sed iam quarto munit lapide nidium suum: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Quae omnia considerans Rupertus (cap. 1. in Ioan.) ait: *Ecece veritas de Virgine carnem assumens, eadem de virginitate Ioannis aeterna generatur, induens vocem corpoream, et pro nobis contra haereticam pravitatem dimicet. Haec veritas est, quam summo de coelo revelatam accepit Ioannes: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum.* Quibus in verbis maxime est dignum animadversione, quam apposite quaesitis omnibus, quae humanae mentis ruditas de Verbo poterat excitare, occurrit, nodosque dissolvat. Si quaerat, creator ne sit, an creatura; respondet: *Deus erat Verbum.* Si, aeternum ne sit, an temporale; Ioannes explicat, *In principio erat Verbum.* Persona ne sit a Patre distincta, et ubi sit; iam et hoc ipsum manifestat: *Verbum erat apud Deum.* Si, quod sit eius exercitium, interroget; satisfaciit dicens: *Omnia per ipsum facta sunt.* Si denique

quo habitu indutus incedat, et culus coloris veste utatur: hoc insinuat, testificans: *Et Verbum caro factum est, purpureo vellicet, et humano habitu, Paulo asserente, Habitu inventus ut homo.* Verum, ut verba ista longe pluribus referata verioris, quam litteris, plenius intelligantur, singula sigillatim profundo sunt inspicenda intuitu. D. Augustinus (tract. 5. in Epist. 1. Ioann.) ait: *Lac nostrum Christus humilis est, cibus noster idem Christus, aequalis Patri; ac si diceret, ut homo, quia minor Patre, lac est animae dulcissimum; at ut Patri consubstantialis, et coequalis, cibus solidus est nos entriens: unde ad eum comminandum firmis, solidisque dentibus opus est. Hi sunt Ecclesiae Doctores, ut asserunt Bernardus, et Rupertus (in verb. illi Cantico): *Dentes tui sicut greges tonsurarum: tales certe Hieronymus, Ambrosius, Chrysostomus, Augustinus, qui velut dentes, solidum comminunt, et terunt cibum veritatum, ad Christi divinitatem spectantium, in profectum mystici corporis Ecclesiae catholicae.* His ergo dentibus, divinoque adstante auxilio confidimus, solidum eorum veritatum cibum, quae in praecitis verbis reconditae sunt, ita comminere, ut omnes tametsi scientia, et doctrina infantes, eo cibari, ac refici possint. Secundum, quod in praedictis verbis animadversione dignum arbitror, illud est, quod Nicephorus (lib. 12. suae histor.) refert cum terra forederet, ut templi Salomonis fundamenta iacerent, marmoream columnam fossore invenisse cum hac incisa inscriptione (Ioan.1): *In principio erat Verbum.* Et addit columnam hanc aquis undequaque circumdatam esse, quo non obseme indicabatur, futurum, ut perique haereticos pervadere volentes profundum tanti mysterii pelagus, facile suffocarentur. Et licet multis in rebus persimile sit exordium libri Moysis principio libri Ioannis; inquit enim Ioannes: *In principio erat Verbum; ille: In principio creavit Deus coelum, et terram.* Verbo creasse omnia, ait Ioannes: *Omnia per ipsum facta sunt;* Moyses verbo testatur Deum creasse omnes creaturas (Genes.1): *Fiat firmamentum, et factum est firmamentum.* Mominat Ioannes lucis: *Vita erat lux hominum;* Moyses etiam omnium coeli luminarium: *Fiant luminaria in firmamento coeli, et decendant diem ac noctem.* Ioannes de tenebris agit: *Et tenebrae erant super faciem abyssus:* quae, inquam, licet in his conveniant, non parum inter Moysis, et Ioannis historiam differentiae est. Moyses a rebus incipit, quae initium sui esse susceperunt: *In principio creavit Deus coelum, et terram;* ad Ioannes de Verbo exordium narrationem, qui sui esse non habuit initium, unde coepit ab eo, qui nunquam coepit, et ab eo sumpsit principium, qui temporis caret principio. Moyses a rerum generatione suae historiae duxit exordium, ideoque Genesis titulo suum librum conscripsit; ad Ioannes de Verbi aeterni generatione sermonem insiluit. Agit uterque de luce, ac tenebris; ad Moyses de materiali hac, et corporea solis luce, ac eius privatione; Ioannes vero de Christo, qui anima-*

rum est lux splendidissima, deque ignorantia, quae ut tenebrae, mentis aciem obscurat. Atque hinc colligitur, quam veraciter Moyses Deum alloquens, asseruerit (Exod. 4): *Non sum eloquens, impediitoris, et tardioris linguae sum: eloquentiae enim donum Ioanni servabatur, quem coelum tali donavit lingua, eoque ornavit eloqui, ut altissimum etiam generationis arcuam, quod omnem tam humanam, quam angelicam facultatem transcendit, discretissimis pariter, et brevissimis verbis aperiret, dicens: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum.* Theodoretus (lib. 2. de Graec. affect. curat.) refert de philosopho quodam Ebnico, quod exspectabat verbum illud, *In principio, ut idem esset, ac in principali loco, et dignitate: quem licet confute, fieri tamen potest, ut quia verbum, principium principatum Graeco significat idiomate, ideo dixerit, in principatu erat Verbum: hoc est, in eadem scilicet maiestate, eodemque principatu, in quo Pater, est etiam et Filius eius Verbum. S. Cyrillus (in 1. cap. Gen.) hoc loco per istud principium Patrem intelligit, eique adspulatur Augustinus (lib. 1. de Trin. c. 2), ubi sic scribit: *Quod dictum est: In principio erat Verbum, in Patre erat Verbum, intelligitur: et quidem maxima cum proprietate; ut enim dixerat idem Augustinus (lib. 4. de Trin. c. 2): Pater est principium totius divinitatis: licet enim Spiritui sancto et Filio, et Pater divinam communicaverit naturam, Filio tamen solus Pater communicavit. Pater autem ab alia persona non accipit: ac proinde principium appellatur sine principio, quod nec Filio adscribitur, nec Spiritui sancto, cum a Patre, unde procedunt, naturam accipiant. Principium ergo sunt, sed ab altero principio, nempe Patre, Origenes (tom. 1. in Ioana.) explicat: *In principio erat Verbum: In sapientia erat Verbum: sicut enim in hominibus sapientia verbum praecedit, et hoc sapientis exprimit conceptum, sic in Deo naturalis sapientia, et essentialis intellectus praesupponitur, et praecedit ordine rationis sum verbum. Ut enim est omnium Theologorum proloquium: essentialia, quae non respiciunt creaturas, praesentia sunt ad notionalia. Hinc dicens, *In sapientia erat Verbum, nobis indicare intendebat Ioannes, Verbum divinum sapientissimum esse, utpote ex omnibus, quae sunt in summa Patris sapientia, ortum. Chrysostomus (homil. 1. in Ioana.) aliter verba Ioannis explicat, principii nomine exordium, ac primum temporis intelligens, in quo Deus extra se creaturas condidit universas, quo etiam modo intellexit Moyses initio Genesis, dicens: *In principio creavit Deus coelum, et terram: unde sensus erit: *In principio erat Verbum, id est, dum Deus universi machinam extruxit, multo antea iam erat Verbum. Cui etiam expositioni subscribitur Beda (sup. 1. Ioana. 2), et Glossa interlinearis. Divus vero Hilarius (lib. 2. de Trin.) universalis principii nomen accepit, non solum ut principium temporis significet, sed ut omnia durationum temporis complectitur, quam expositionem sequitur d. Thomas (sup. c. 1. Ioana.), ubi asserit: *In principio erat Verbum, ostendit, quodcumque principium dura-*******

*tionis accipiatur, sive rerum temporalium, quod est tempus, sive aeternarum, quod est aeternum, sive totius mundi quodcumque imaginatum, eorum per multa saecula, in illo principio iam erat Verbum. Si ergo ante omne principium iam erat Verbum, profecto manifestum est esse aeternum. Atque huic expositioni consentiunt Ambrosius (lib. 1. de fid. c. 5), et Caietanus (sup. cap. 1. Ioana.). Basilius denique (lib. 2. contr. Eunom.) principii nomine aeternitatem exprimi opinatur, eo quod nihil sit, quod principium antevertat: *Non est possibile, inquit, principio antiquius quid excogitare: non enim esset principium, si quid ante se haberet superius. Principii autem nomen aeternitatem significare, constat ex verbis Sapientiae aeternae (Ecl. 24): *Ab initio, et ante saecula creata sum, quo in loco verbum illud, *Ab initio, non quidem exordium, ac primam temporis significat inchoationem, sed ipsam exprimit aeternitatem: Sapientia enim aeterna, si temporis in mensura fuisse genita, iam quae subsequuntur, non consonant verba: *Et ante saecula creata sum, sed dissonantia potius involveret, et contradictionem implicaret. In idem concinunt verba Michaeae (c. 1): *Egressio eius ab initio a diebus aeternitatis. Cui etiam expositioni favet Cyrillus Alexandrinus (in cap. 1. Ioana.). Mirum autem videtur, quod perbreviter in periodo totius verbum illud *Erat replicet Ioannes, bisque reddat iteratum, ac geminum. In principio, ait, *Erat Verbum, et Verbum Erat apud Deum, et Deus Erat Verbum, hoc Erat in principio. Ideo factum asserit Ambrosius (lib. 1. de fid. ad Factum c. 9), ut Verbi Dei aeternitas adversus haereses in illam insultantes et clarius exprimeretur, et firmus stabiliretur: unde perlepidi ait: *Erat, erat, erat, erat: ecco quater erat, ubi invenit impius haereticus, quod non erat? Idem etiam (in tract. de Symb.): *Verbum ab aeterno erat, erat, erat, erat: haereticus igitur, qui Verbum Dei non esse blasphemavit, errat, errat, errat. Ex harum omnium expositionum veritate illud claret liquet, divinum Verbum coaeternum esse Patri, quod et ipsa etiam dictio, *In principio erat, aperte indicat. Illa tamen poterat exoriri difficultas circa praedictum *Erat, quod divini praesentiae Verbi, ac maiestatis derogare, ac delrahere videatur, utpote imperfectionem quandam praesefereus: unde et Latini praeteritum imperfectum illud nominant; et insinguium quos hominum gloriosa celebrat memoria, pictorum moris fuisse refert Plinius (in sua praefatione.), suis subscribere imaginibus: *Appelles faciebat, Polyceletus faciebat, quo opus imperfectum, extremaque adhuc polidendum testatur manu. Verum si rem attentius perpendamus, ex ipso artificio more verbum illud, *Erat, a Ioanne summo artificio appositum colligemus. Illo artifices utebantur verbo, ut actionem ipsam nondum expletam, et absolutam, sed permanentem, et continuam significarent, atque hac de causa praeteritum imperfectum appellarent: hoc etiam modo vox ista, *Erat, ita existentiam explicat praeteritam, ut etiam significet praesentem, nec permanentiam excludat, ut haec alia vox, *Fuit. Ut ergo im-****************

molam, et perseverantem divini Verbi existentiam explicaret Ioannes, quod neutiquam instar vocalis nostri verbi pervolat, et evanescit, ideo dixit: *In principio erat Verbum, quod aliis verbis praedixerat David (Psalm. 118): *Domine verbum tuum permanet in aeternum. Eandem veritatem Mercurius filium suum edocuit: *Sempernaum, semperque sui simula aeternaum est Verbum. Hoc mirum in modum innotuit Zacharias (cap. 6): *Eccc vir oriens nomen eius. Sed quaesit, quaenam huius nominis praesentia? nome et creaturae omnes ortae sunt, ac orientis nomen omnibus fuit commune: singularissima Verbi nativitas creaturatum nativitati praestat excellentia: nascuntur istae, sed brevi eorum nativitas definitur temporis intervallo: nascitur et Verbum, oritur Pater de mente, nec unquam ipsa occidit nativitas, semper oriens, oriri non desinet unquam. Quod manifeste etiam Hebraea phrasid declarat: ubi enim habet vulgata: *Oriens nomen eius, Hebraeum originale habet: *Germen nomen eius, ubi egregia id quod intendimus, illustrat metaphora: nam ut continuo erumpit germen, et pullulat de substantia plantae, eique adhaerens quiescit; ita et Verbum de substantia Patris oritur, semperque nascitur, Patriisque aeterni quiescit in situ mentis divinae, eadem natura, dignitate, ac maiestate constans. Aperuit etiam Verbi aeternitatem David (Psalm. 1): *Ante solem perennat nomen eius, pro quibus legit Pagninus: *Ad facies solis flabitur. Verbum enim, quod Hebraeo sermone correspondet verbo, *permanet, filiarum significat, unde sensus Davidis est: *Ante omnes creaturas Verbum cum omnimoda sermonis proprietate nomen retinebat filii: erat ergo Verbum aeternum; et quoniam omnes, cum enim Pater general, communical perfectiones, ait, *Ad facies solis flabitur: quamlibet enim perfectionem sua propria specie, facieque describere solemus, iustitiam torva effigie, et ense evaginato; misericordiam vultu sereno, ac fronte tranquilla. Vel aliter facieram nomen creaturae intelligi possunt divinis expressae ideis, ex quarum notitia comprehensiva, ut docet s. Thomas (1. par.) divinum Verbum generat Pater. Hac denique refertur possunt verba eiusdem Prophetiae (Psalm. 44), ubi de aeterno Patre loquens ait: *Lingua mea calamus scribae velociter scribens. Unde et iniquis: *Si lingua est, quomodo calamus scribens? vel si calamus, quo pacto organum loquentis? exilii? Certe in nobis lingua differt a calamo: etiam loquentes verbum formamus, quod cum pronuntiatum est, in aere continuo evanescit, ac verbum esse desinit: quas tamen calamus efformat characteres, permanent, consistuntque. Cum ergo aeterni intellectus lingua, non brevi pervolans Verbum, sed longaeva persistens aeternitatem proferat, calamus iure nuncupatur: *Lingua mea calamus scribae velociter scribens. Ad hoc etiam spectat, quod Augustinus docet (eodem Psalmo), ubi propter consentientiam Verbi divini, *Spiritus sanctus, inquit, scriptis maluit comparare quam sonis Verbum divinum. Confirmant hanc eandem veritatem quae Paulus ad Hebraeos ha-***************

bet verba: *Iesus Christus heri, et hodie, ipse et in saecula.* Perbellè hoc glossa Gregorius Nazianzenus (orat. de Christi nativ.): *Deus et aeternus semper, et est, et erit; vel ut verius loquar, semper est: nam erat, et erit, huius nostri temporis segmenta sunt, ille autem semper est, atque hoc modo se ipsum nominat: *Ego sum, qui sum.* Haec vero theologica doctrinam Gregorius ex Platonico hausit Timaeo, ubi scribit: *At qui erat, et erit, quae nati temporis species sunt, non recte aeternae substantiae assignamus. Sed illi recte solum esse competit. At quoniam adversus Christi aeternitatem impie opponunt haeretici verba Ioannis Baptistae (Ioan. 1): *Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est, ac est nobis opus exponere. Inde autem sic desumunt argumentum. Vel loquitur Praecursor de Christo ut homine; et sic falsum est, quod dicit: *Ante me factus est: iam enim ipse Messia prior sex mensibus fuerat efformatus, angelus ad Virginem tostante eloquio: *Hic mensis est sectus illi; vel de Christo sermonem habet, ut divina constantia natura: et sic iam in haereticorum probulatorum errorem, qui Verbum creaturam esse, ac facturam Dei impie promulgabant, contra quorum impietatem firmissimum stabilivi decretum Concilium Nicaenum in suo Symbolo: *Genitum, non factum. Ex quo errore inferri quoque manifeste poterat, nec esse aeternum Dei Verbum, cum nulla creatura aeterno vixerit aeterno. D. Ioannes Chrysostomus (hom. 16 in Ioan.), et d. Gregorius (homil. 7. in Evang.), et Ambrosius (lib. 9. de fide c. 9), et Augustinus (in tract. 4. in Ioan.) asserunt verba ista, *Qui ante me factus est, aequalitate his: *Qui mihi praetulus est, ad dignitatem scilicet, et excellentiam ea referentes. Consonat huic intelligentiae Graeca versio ex Origenes (hom. 2. in diversis), ubi ait, illa verba non significare fuisse efformatum hominem antequam Ioannes, sed quod ante ipsum Ioannem, seu coram ipso, Christus in utero Virginis dilectissens, ab ipso fuerit visus, Elisabeth adhuc induto visceribus. Lyranus aliter exponit, verificat enim verba illa: *Qui ante me factus est, eo quod Christus Dominus fuerit formatus homo, infusaque sibi fuerit anima in ipso conceptionis instanti; at Ioanni post 46. dies, et in reliquorum eventum infantium generatione. Celerrim licet has omnes expositiones veneremus, ea magis consona litterae videtur, quod Christus ante Ioannem vir evaserit, usum habens rationis, et liberi arbitrii, quibus Christus vel ab ipso conceptionis instanti fruebatur, Baptista vero non ita, sed ad illud usque tempus dilatam ei fuit rationis usus beneficium, quo, inquit Evangelista, *Excultavit infans in utero: exultatio enim actum potentiae rationalis indicat: habetque haec expositio firmissimum in verbis ipsis Evangelistae fundamentum. Eadem enim eodem capite profertur ille verba: *Qui ante me factus est, meministi huius verbi, *Vir; Post me venit vir, qui ante me factus est, scilicet, Vir. Revertentes igitur ad praecipuum verborum Ioannis argumentum, unde nonnihil digredi opus fuit: *In principio erat Verbum, Tertullianus (lib. cont. Hermogen.) legit: *In principio**************

erat ratio, et in principio erat sermo. Praefert autem priorem secundae lectioni, cum ratio prior sit sermone. Licet autem Augustinus etiam (serm. 38. de verbis Dom.). Cyprianus (lib. 2. cont. Iudae.). Lactantius (lib. 4. de sapient. c. 8). Verbum Dei sermonem appellent, quod etiam sentit Paulus (ad Hebraeos 4): *Ficus est sermo Dei, et efficitur*; loquitur autem hic Apostolus de sermone aeterno, ut notavit s. Ambrosius (lib. 4. de fide cap. 5). El denique Ecclesia ipsa se illo nominat (Sap. 15): *Omnipotens sermo tuus de regalibus sedibus venit*; elegantius tamen aptiusque est nomen Verbi, ut verit nostra vulgata: *In principio erat Verbum*; sermo enim ex multis componitur dictionibus, at verbum una tantum dicitur est. Unitatis igitur, et simplicitatis rationi accommodatum magis est verbi nomen, quam sermonis. Unde verbi mentalis naturam speculari volentes, fidei supposito lumine, in eo, velut in speculo quodam interesti, divinitus Verbi naturam, quantum fas est valori, perscrutamur, prout adnotavit d. Augustinus (lib. 2. de Trin. cap. 10) dicens: *Quisquis potest intelligere verbum, iam potest videre per hoc speculum, atque in hoc aenigmati aliquam Verbi alius similitudinem, de quo dictum est: In principio erat Verbum*. Licet enim multiplici discrimine increatum Verbum a creato dissideat: increatum enim substantia est, creatum accidens; divinum aeternum, angelicum vero, vel humanum temporale; illud omnipotens, ac robustum, hoc debile, et impotens; illud eadem gaudens natura cum producendo, hoc diversae omnino particeps essentiae; illud est infinitum, illimitatum, at istud limitatum, ac certis terminis circumscriptum. El ideo semel locutus est Deus, quia unico Verbo omnia quae concipiebat, expressit; nostrum autem verbum unicum existens, duo contraria simul exprimere non valet. Denique naturalis Filius est Verbum Patris; at nostrum nec naturalis filius est, nec adoptivus, sed tantum terminus quidam intellectus cuiusdam productionis, nullum filiationis dicens respectum, sed causati tantum ad causam sufficientem. Quamvis tamen Verbum creatum tot, ac tantis modis ab increato differat; in multis tamen illi non parum consonat. Verbum creatae mentis rei intellectae imago est, et simulacrum, et quas exprimit rerum ab arteifice conficiendarum, principium est ideale. Iuxta mentem intelligentis suum retinet esse: perdurat eo usque tempore, quo perdurat intellectio ipsa; in mente latens exteriori vero aperitur, et declaratur. Sic sane Verbum divinum imago est aeterni Patris, et universale exemplar creaturarum; Idea divini intellectus ad orbis huius construendam molem; in sinu relictus Patris, et quoad usque Patris intellectio, quae est aeterna, consistet, stabile erit et Verbum. Ac denique, ut voce corporea manifestatur mentale verbum, et internus conceptus, sic Pater suum per incarnationem patefecit Verbum, quod eleganter dixit Augustinus (lib. 15. de Trin.): *Verbum nostrum vox quodammodo corporis fl assumendo eam, in qua manifestatur sensibus, sicut Verbum Dei caro factum est, in qua manifestare-*

tur sensibus hominum. Ex hac autem inter divinum, humanumque verbum multiplice convenientia, illius quaestionis solutio erui potest, qua de causa Evangelista aeternam intendens declarare generationem, Filii nomen non adhibuit, sed Verbi. Rationem huius arbitrator, quod magis consonum videbatur iis, ad quae mens nostra consendere valet, asserere, in divinis esse Verbum, cum et hoc omnibus commune sit intellectus potentibus; Filium vero mente gigni longe humanum fugit, ac supervolat cogitatum. Cum igitur illud manifestus sit intellectibus humanis, propterea nomine Verbi usus est, non Filii. Addit praeterea Ioannes, suam prosequens historiam: *Et Verbum erat apud Deum*; quibus verbis realem inter Patrem, et Filium ostendit distinctionem, ut docet Cyrillus, Ambrosius, Tertullianus, et Rupertus, qui hoc in loco ita scripsit: *Verbum, dixit, erat apud Deum; ut de personis non dubites, dum alterum audis esse, vel fuisse apud alterum*. Huius autem rei rationem addidit Cyrillus: quomodo enim, quod unum omnino esse ipsum, apud seipsum esse intelligitur? Hinc declarata iam aeternitate Verbi, ac distinctione eius a Patre, ad eandem consubstantialitatem, et aequalitatem cum Patre innotescentem addidit: *Et Deus erat Verbum*. Quibus verbis aperte ostendit, eandem sortiri naturam Filium, ac Patrem, cum certum, ac evidens sit, Deorum multitudine omnino abiciendam esse. Hanc etiam veritatem variis in locis sacrae volumina edocent; Filium enim saepe brachium Dei appellant (Isai. 53): *Brachium Domini cui revelatum est?* faciem quoque Patris non semel nominant (Psal. 18): *Deprecatus sum faciem tuam*, id est Filium tuum, ut explicat Athanasius (lib. quaest. quaest. 2). Cui concinit Thargum Chaldaicum: nam ubi nostra vulgata habet: *Si a facie mea non formidabit*, ipse vertit: *Si a Verbo meo*. Oculis quoque Patris in Scripturis Verbum divinum dici consuevit (Es. 5): *Non parcat oculus meus*; quo loco lectio Chaldaea habet: *Non misericordiam habebit Verbum meum*. Os denique Patris alibi asserit (Eccles. 5): *Ex ore Altissimi prodit primogenita ante omnem creaturam*; et insuper: *De ore meo exierunt*, ubi Chaldaeus: *De Verbo meo, legit, exierunt*. Quia ergo brachium, facies, oculus, os, ceteraque corporis humani partes eadem constant substantiali natura, eademque informantur anima; ideo ut sacrae litterae Filium consubstantialem esse Patri ostenderent, praedictis metaphoricis, ac translatis utuntur locutionibus. Hanc eandem David professus est veritatem, cum ex persona aeterni Patris dixit: (Psal. 109): *Ex utero ante luciferum genui te*. Hieronymus transfert: *Ex visceribus meis genui te*. Rainerius: *Ex arcano substantiae meae filii mi*; ac si diceret: creatis omnibus angelis, et hominibus, ex me extra me producens, et ex nihilo creans propria eorum naturas, te vero intra me de mea geni substantia, essentia eundem, et perfectione aequalum produxi. Atque hoc pertinet verba Pauli (ad Ph. 1): *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo*. Etenim secundum rectam philosophandi rationem, quae

eandem forma constant, eiusdem omnino sunt naturae. Si ergo, ut docet Paulus, eandem habet Filius, ac Pater formam, eiusdem quoque erit et essentiae; et hoc sibi vult Evangelista, dam ait: *Et Deus erat Verbum*. Addit denique: *Hoc erat in principio apud Deum*. Non habet hoc alia praedicta aliquid novi, sed est veluti breve quoddam compendium, et artificiosus ceterorum epilogus, ut s. Basilius, Origenes, d. Thomas, et Rupertus adnotarunt: una enim sententia pulchre complectitur Evangelista omnia, quae in tribus iam dictis propositionibus docerant: illo enim verbo, hoc, Verbum exprimit divinum, quod Deum esse, et Patri consubstantialem vorissime diseruerat. Addens vero, *Erat in principio*, durationis demonstrat aeternitatem. Complens denique his verbis periodum. *Apud Deum*, personalium hypostasum inter Patrem, et Filium indicat distinctionem. Completus igitur hic sensus erit: *Hoc Verbum, quod erat Deus, erat in principio apud Deum*; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA II.

Demo explicantur verba illa Ioannis: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum. Ac permittit, gravesque admodum rationes afferuntur, cur secundam personam Verbum, et non Filium appellaverit Ioannes.

Pertractat in his verbis sacer Evangelista Ioannes de eximio, ac ineffabili beneficio, quod Deus mundo contulit, tam distantia, tamque dissidentia unens extrema, Deum scilicet, et homines, creatorem, et creaturam, Verbum, et carnem. Sequentes igitur Ioannis vestigia, de his omnibus sermonem instillemus, nimirum de Verbo, de carne, deque Verbi, et carnis mirabili nexu, atque hypostatica unione. Ad primum igitur accedentes, silentio praeterendum non est, quod sicut Evangelista Ioannes piscatoris exercuerat manus, in eoque genere officii perseverans, a Christo Domino fuerat hominum piscator institutus, iuxta illud (Matth. 4): *Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum*, Dominus enim piscationis munus non abstulit, sed in melius commutavit, sic hodierno in Evangelio rete contextuit, ut ingeniose advertit Ambrosius (in Ioannem), quo haereticos Christi gloriam et honorem inficiantes miro artificio caperet, atque deluderet. II autem pisces, ut pote spinis et sensibus pleni, licet ad cibum apti minime sint, ad necem tamen admodum idonei, et ad interitum accommodatissimi sunt. Innumeri ex his haereticis, ut dixit Hilarius (lib. 1. de Trin.), circa Christi Domini personam insultaverunt errores. At ne fideles legentium aures in eis referendis offendere, ac obstrepente illorum sonitu conturbare videar, tres tantum praecipuos, et in quos haereticorum primates incit-

derunt, explicabimus. Primus fuit Arius, asserentis Filium Dei non esse Patri coaeternum, ac proinde tempus fuisse cum non coexistit Verbum. Unde impiis concerebat buccis: *Erat quando non erat*. Pernitiosissimus hic error fuit, cum a Christo Domino non minus Verbi consubstantialitatem, quod omnium excellentissimum est in illo, ausu sacrilego auferre tentaret, praedixerat olim hunc errorem, valde illum detestans, Isaias (cap. 43): *Vos testes mei, dicit Dominus, ut creatus mihi, et intelligatis, quia ego ipse sum: ante me non est formatus Deus, et post me non est salvator*. Ex his perspicacissimum pro Verbi aeternitate argumentum eruit Ambrosius, dicens in hunc modum: *Vel haec sunt verba Patris, vel Filii, et quidquid liberit, elegeris, colliges hanc, quam nitimur probare aeternitatem*. Si Pater dicit: *Ante me non est formatus Deus*, verissima est assertio. Quid enim Pater antiquius quid illo vetustius, qui principium, origo, ceterarum fons est personarum? cum vero subdit: *Post me non erit*, iam post ipsum exprimit non alium futurum Deum: si ergo Filium habet, et Filius post ipsum non erit, erit profecto Patri coaevus, eiusque duratione aequalis, atque adeo aeternus sicut Pater. Si vero ea verba, prout nos intendimus, Filius proferat, iam id evidenter patet. Etenim cum asserat ante ipsum non fuisse alium Deum, nec alium ipso duratione posteriore, erit ipse Patri indubie coaevus, et coaeternus. Hinc vero errorem, quod multis superioribus saeculis Isaias labefecerat, incredibili confutata ingenii acumine d. Ioannes per illa verba: *In principio erat Verbum: in principio, id est in Patre*. Quod si minus, dicamus, ad superiori homilia adnotavimus, ut illud idem significet principium, quod suis in verbis expresserat Moyses (Gen. 1): *In principio creavit Deus caelum, et terram*; temporis scilicet initium, creaturae durationis exordium: cum vero prima temporis creati periodo iam erat Verbum, erit profecto Verbum non temporaneum, cum temporis primum antecesserit articulum. Illud ergo reliquum, ut sit aeternum, cum inter temporale, et aeternum, quod durationis cognovit exordium, et aeternum, nullum possit agnosci medium. Male ergo assererat Arius: *Erat quando non erat*. Manet igitur solertissimi piscatoris nostri misere irrefutis laqueis. Sed iam alium, qui emerit piscem, caute cepit: Sabellium dico, qui unicam tantum in divina natura promulgabat personam, quae variis illis Patris, Filii, et Spiritus sancti sit insignita nominibus, velut in scoenis idem diversarum induit species personarum, nunc Pater, postea Filius, deinde Spiritus sanctus nominatus. Hunc everit errorem Ioannes, subdens: *Verbum erat apud Deum*: quod enim prope aliquem est, ab illo personalitate distinctum esse fateri oportet. Eandem distinctionem ostendit aperte Christus (Ioan. 18): *Iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego, et qui misit me Pater: et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est*. Tria hic habentur, quibus Sabellii haeresis manifeste convincitur. Primum: *Quia solus non sum*: liquet ergo non u-

nicam esse personam: idem enim sibi metes esse non potest. Secundum, quod Pater eum misit: distincta est ergo ab ipso Patris persona, nemo enim se ipsum mittit, sed alium. Tertium, *Duorum testimonium verum est*: si duo, non igitur testis est in Deo persona. His confossum Iesus triceps Sabelii monstrum. Iam tertio extendit rete disertissimus piscator Iohannes, eoque Photinum convincit impium, qui Christo Domino divinam audebat naturam denegare: *Deus erat Verbum*; et ut evidenter verbum Deum esse declararet, addit: *Omnia per ipsum facta sunt*. Unde in hunc modum argumentum eruebat Augustinus (*tractat. 1. in Ioan. et 1. de Trinit.*): *Quomodo fieri potest, ut Verbum Dei factum sit, quando Deus per Verbum fecit omnia*? Quod si asseras, ait Augustinus, hoc Verbum factum fuisse per aliud verbum, illud ipsum dico ego *Filium Dei*, illud scilicet, quod auctor est factore alterius. D. Item Paulus (*Rom. 1.*) condemnat qui creaturæ servierunt potius quam creatori. (*In eadem vero Epistola*) Iesu Christi servum se esse profitetur, *Paulus servus Iesu Christi*. Sic ergo formemus syllogismum. Paulus condemnat qui creaturam adorant, et creaturæ servit. Sed ipse Iesu Christo servit, ut ipse fessatur: igitur aut Paulus est condemnatus, vel Christus est creator: etenim inter creaturam, et creatorem naturam omnino medium est assignandum; sed Paulus non est condemnatus, immo a Deo benedictus: liquet igitur ex consequenti, Christum Dominum Deum esse, et non puram, ut indicabatur Photinus, creaturam. Non vero putandum, quod audimus Filium Dei esse Verbum, quod simile sit vocali ac voce personante expresso oris verbo, quo mentis declaramus conceptum, sed Verbum quoddam est mentale, quod Pater omnipotens loquebatur, Verbum, quod vento non excutitur, et dissipatur, ut nostrum, quod modico formatur in aere contorto personante: verum substantiale Verbum, divinum, increatum, eiusdem formæ naturæque cum loquente, *Et Deus erat Verbum*. Sed videamus, qua de causa si hoc Verbum divinum est Filius Dei, non filium, sed Verbum potius Evangelista noster appellaverit, eo vel maxime, quod nomen Filii notum est, Verbi vero nomen solis est cognitum Philosophis: cur inquam non dixit, in principio erat Filius, et Filius erat apud Deum, et Deus erat Filius, sed potius quater repetit dictionem hanc, *Verbum*. Graviore quidam auctores aliquas afferunt rationes, veram ut ingenii mei fatear imbecillitatem, non satis eis acquiescit animus; quare novas alias coactus sum excogitare congruentias. Sit ergo prima, quia in creaturis filius non nascitur intus in substantia patris, nec in eius vivit visceribus: at Verbum et esse, et vivere habet in intellectu. Ut ergo ostenderet Evangelista, Filium Dei suum et esse, et vitam habere intra substantiam Patris, Verbum eum dixit, et non filium. Deinde, quia filius iuxta naturæ ordinem ex duplici oritur principio, patre scilicet, et matre: non ergo dicentur hæretici, Filium Dei hoc modo esse genitum, ideo Verbum illud nominat, quod in nobis unicum habet principium, intellectum

scilicet specie intelligibili informatum. Rursus Verbum appellavit, et non Filium, quia inter hæc illud versatur discrimen, quod vulgo filius quis dicitur etiam mortuo patre: unde illustri prosapia orti filii dicuntur nobilium parentum, etiamsi illi iam obierint. At Verbum non persistit nisi quandiu intellectus actu illud producit. Cum ergo Pater æternus semper generet (*Psal. 9.*): *Ego hodie genui te*, in hoc nunc aeternitatis, quod nec præteritum, nec futurum agnoscat, ideo Verbum dixit, et non Filium. Verbum præterea dicit non Filium: Nam qui filium ait, non asserit eum necessario patri similem, aut æqualem: sunt enim nonnumquam multi robusti, qui filios habent turpes. David sapientia insignis filium habuit Salomonem idololatræ. Salomon sapiens existit, et tamen ei natus fuit Roboam insipiens, et ineruditus. Tallium eloquentiæ fontem, et filium eius maxime ignatum agnovere Romani: passimque videmus filios parentibus inæquales, ac dissimiles. Verbum autem necessario simile est obiecto, cum necesse sit esse eius expressam speciem, et imaginem. Cum vero Pater se ipsum comprehensiva cognoscens notitia, æternum generet Verbum, certe hoc necessario Patri exprimitur simile, eiusque ut viva imago producatur: quod ut nobis innotesceret, Verbum dixit Evangelista, non Filius. Ne vero inscius quis imaginem esse existimaret mortuam, ut sunt, quæ sæpe cernimus simulacra, statim addidit, *vita erat*. Dum aliquid cernimus imaginem, vivis coloribus propria illius experimentem lineamenta, solemus dicere, solum deficit huic imagini loquela; unde quoniam artifex nec vitam ei, nec vivum communicare potest sermonem, imago remanet muta. Ut vero percipiamus Verbum, quod Spiritus sanctus bonitatis paternæ imaginem appellat, *Imago bonitatis illius*, non mutam, sed viventem esse figuram, et similitudinem, addidit: *Vita erat*. Ne vero quis sermonis facultate carentem eam deceret, ideo ait, ut e-ruditissime advertit Ambrosius, esse Dei sermonem. Si enim sermo est, hinc fit manifeste, ut muta, et ineloquens esse non possit effigies. Verbum denique appellat, et non Filium: filius namque non semper est apud patrem, sed plerumque maxime distat in regiones divertens remotissimas. At verbum mentis dum adest, ne minimo quidem spatio ab intellectu discedere potest ipsum eformante. Qua de re cum Dei Filius a Patre divinus neque subsistere possit, nec Pater a Filio elegant: *Ego in Patre, et Pater in me est*: propter hæc rationes Verbi, et non Filii nomine illum expressit, et nominavit. Ut vero, licet nostrum ceteris communicemus conceptum, et veluti a nobis dimittamus, illum sensibilibus, externisque indudentes verbis, permanet nihilominus in intellectu conceptus noster, ita licet Verbum divinum carne assumpta, ac mortalitatis induntum spoliis ad nostras devenit regiones, in sinu tamen remansit Patris, nec inde unquam vel minimo quidem discessit intervallo. Quod si maximum aestimamus beneficium, dum princeps aliquis sua nobis manifestat cordis secreta, quanto magis censendum erit, quod Pater æternus nobis suum

speciali pectus, nobis manifestet generosum sui cordis conceptum, Verbum istud divinum, ideam hæc idearum expressionem, atque omnium, quæ in archivo paterni intellectus sunt obse-rata, arcanorum firmissimum, fidelissimumque translatum, ac rescriptum? Atque his de Verbi natura, et quidditate explicatis, sequentes Evangelistæ semitas, reliquum est, ut atque de altissimo paterni, sacræque pectoris consilio, de humana a Verbo assumpta carne ex Matris visceribus, enodemus. *Et Verbum, ait, caro factum est*. In triplici nostri intellectus verbum considerari potest statu. Primus est pure mentalis, quod aëris non attingit externa. Secundus, quando externa voce, et verborum sono, quo veluti cordis lingua mentem nostram interpretamur, internum induimus verbum; tunc vero ad aures pervenire potest externas, oculis vero, vel quovis alio sensu nullo modo valde attingi. Tertius denique est, quando verbum est ad scripta redactum, et characteribus exaratum, ut etiam ad absentes nostros dirigamus conceptus; et tunc oculorum obiecti potest obtulit, cum luce illustratur. In hoc triplici æternum Verbum contempler statim. Primus est omnino internus, pureque mentalis, cum divino æterni Patris in pectore productum, ac genitum fuit, solique patri cogitum, et comprehensum. Secundus vero fuit, cum tempore succedente, per voces prophetarum Dei lingua mundo divinum suum manifestavit, et declaravit Verbum; tunc autem solum auribus obiectivæ audiendum, Paulo dicente (*Rom. 10.*): *Fides ex auditu*. Tertius denique fuit, quando Deus elegantissimo sacrosanctæ cooperationis calamo candidissima humanitatis Christi in pagina Verbum suum scripsit, et impressit; tunc vero non solum aures, sed vel ipsi etiam oculi senserunt, et viderunt (*Luc. 3.*): *Et videbat omnis caro salutare Dei*. Induit etiam se Deus humano more vestitu hominum consimili; atque hinc expletum videre est ardentissimum Sponsæ desiderium expressum verbis (*Cant. 8.*): *Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ, ut inceniam te foris, et desceuler te?* Primum quod exposcit, est: *Quis mihi det te?* non ait: *Quis mihi multabit te?* quod enim mutuo datur, limitatum ad tempus traditur. Nec ait: *Quis mihi te vendet*, et ego te emam? Sciebat enim, neque in cœlo, neque in terra pretium esse condignum, et æquivalentem pecuniam, qua æterni adventus Verbi usquam eni valeret. Dicit ergo: *Quis mihi det te?* scio, quod non alio medio dilecto potius, quam donatione gratuita, ac magnifica gratia: *Nobis natus, nobis datus ex intacta Virgine*. Secundum, quod Sponsa affectat, est, *fratrem*, ut quasi germani fratres invicem facultates dividamus, et communicemus; quod re ipsa ita factum est: de nostro ei nos dedimus humanitatem, at præstitit de suo ipse nobis divinitatem; nostros illi tradidimus dolores, et languores, immensa nobis sua communicavit merita: cum illo denique divisimus, quod ex primi Adami trahimus hæreditate; at ipse, quod ex Patre habuit æterno, nobis est impertitus. Tertium quod expetit, est: *Sugentem ubera matris*

meæ. Vult videre infantem recens natum, Martiris Virginis et collo pendente, ad ubera lactantem, qui pomi minusculo ei oblato facile flectitur. Desiderabat itaque Deum videre humanatum, adeoque erga homines humanum, ac benignum, ut post sexcentas in eum coniectas contumelias, post mille a nobis perpassa opprobria, post iniurias innumeras toleratas, unico cordis suspirio, genuitque silere eum faciat homo, vel sola tunione pectoris placatum reddat, vix semel, peccavi, ore proferens. Cupit denique aliud Sponsa: *Ut inceniam te foris*. Sed certe impossibilis rei imprudens forsitan videbitur hoc desiderium. Nonne Deus in-time omnibus est prærens rebus? Est ne pars aliqua intus, aut foris, alta vel profunda, cui non adsit Deus? *Quo ibo a spiritu tuo, proclamavit David (Psal. 138), et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades*. Quod si præim-mensitate Deo omnia plena: qua ergo ratione foras egredi potest? unde? quovis terminus? a quo? quis? ad quem? Nemo egredietur, nisi ad locum ubi non erat: si ergo Deus omnia replet loca, quomodo egredietur? At hoc re-dolet loquendi phrasim, ac modum dicendi satis consuetum, quo utimur, ad indicandum quæpiam aliquid egisse insatiatum, quod suæ videatur dedecere personam, dicentes choreas ipsum exisse, sicut quando rex David exorsus datus, ac in saltus prostratus aream præcedebat, quod regio videbatur incongruum decori, Michol assererat Davidem a seipso egres-sum. Cum ergo mortalem esse, humani intellectus ratioinatioin calamo candidissima de-rogans, ac detrahens maiestati, hinc fit, ut Deum humanæ copulari naturæ, videatur esse a se ipso egredi, atque in hoc sensu illa ex-plicio Iohannis verba, a *Deo exiit*, non quidem, quod deseruit quod erat, sed qua insitatus suos deseruit quosque etenim hi antiquitus maiestatis erant, dignitatis, et omnipotentia; ac in hanc humilitatis, pueritiæ, et infirmitatis, quales sunt, quos delicatus habet infantulus angusto clausus matris in sinu.

HOMILIA III.

In qua verba illa divi Iohannis: Et Verbum caro factum est, conceptum ad hoc mysterium spectantium multitudine, et varietate referta explicantur.

Quamvis divinus Evangelista Iohannes sapien-tissimum se ostenderit theologum, atque oratorem gravissimum, dum illam altissimam nos edocuit doctrinam: *In principio erat Verbum* etc. in hæc tamen ultima clausula, quod sacrae Theologiæ divinitus sui reliquum erat edisserit eloqui. Etenim si singulis præcedentibus verbis singulas evertit hæreses, hæc ultima tam brevi periodo: *Et Verbum caro factum est*, tot destruit maledicta, tot impiorum

haereticorum profligat errores, ut vix numero colligi unquam valeant, sine aliqua sermone prolixitate. Primo enim illum expugnat impii Cordonis haeresim, Christum coelesti operum assensent corpore; illis autem Pauli innotebatur verbis (1. Cor. 15): *Secundus homo de coelo coelestis*. Etenim si Christus carneo constat ex corpore, manifestum est, de materia non componi coelesti. Vocat autem cum Paulus coelestem hominem, ea solum de causa, quod Filius Dei est, e coelo demissus, ac sacrosancti Spiritus conceptus opere, eo prorsus modo, quo d. Ambrosius (lib. 4. cap. 4) dixit: *Sacramenta de coelo venerunt*: inde etenim eorum virtus exorta fuit, materia licet consistat inferiori, et corruptibili. Percellit etiam Manichaerum, nec non Marcionitarum errorem, qui verum dum denegabant corpus, concedebant phantasticum: etenim Verbum carnem, qua ceteri componunt hominum, assumpsit veram. Iuliani aere haeresim, et Iustiniani, Christum impassibilem mendaci proclamantium gutture: quid enim doloribus magis obnoxium, quid passionibus additum magis, ac subsiciens, quam humana, et mortalis Christi Domini caro? Profligat impium Eulychetis errorem, carnem in Verbum ipsum conversam pronuntiantis: sic namque non diceret Evangelista, *Verbum caro factum est*, sed potius, caro facta est Verbum. Impii denique haeresiarum Ebionis, Apostolorum contemporanei, quem postea Cherubim, Theodosius, Paulus Samosatenus, et Photinus sequuti sunt, obstruit os, ac profligat haeresim, assensentis Christum non Deum, sed puri hominis sortitum naturam: etenim si Verbum carnem assumpsit humana, Christus ergo Deus est, non purus homo, cum Verbum ipsum sit Deus. Illud autem advertendum, antequam ulterius nostrum proferamus sermonem, quod illa dictio, *Caro*, integram hoc loco significat perfectamque hominis naturam, anima constantem, et corpore. Partem autem pro toto usurpans Ioannes, quod frequentius occurrit, figura utitur synecdoche, quod etiam praestitit Isaias (c. 40): *Videbit omnis caro salutare Dei nostri*; et David (Ps. 144): *Ad te omnis caro venit*. Quod vero hoc in loco communiter quaerunt Doctores, cur pro toto dignorem non usurpaverit partem, animam scilicet, sed potius viliozem, cuiusmodi est caro, varias Patres afferunt huic difficultati responsiones. Magnus pater Augustinus (Epist. 120. ad Honor.) dicit hoc praestitisse, ut sic aperius manifestaret maximam diviti Verbi humilitatem: *More suo Scriptura, ut Christi humilitatem magis ostenderet, ne carnis nomen, quasi indignum aliquid refugisse videretur, carnem pro homine posuit*. Theophylactus asserit hoc ideo praestitisse Evangelistam, ut ostensionem faceret maiorem iam stupendi miraculi, quo sic distantia copulavit extrema, Verbum scilicet divinum, et humanam carnem: *Idcirco, ait, opinor Evangelistam hoc nomine usum ad maiorem ostensionem mirandi et stupendi sacramenti: quis enim ambigit in maiorem rapere admirationem, Deum audire carni, quam animae copulatam? etenim anima, spiritualis cum sit substantia, ac intellectualis naturae,*

aliquam habere videtur cum divina natura affinitatem; natura autem carnis, materies, ac crassities longius videtur a divina distare celsitudine, quod etiam ipse dixit Theophylactus (in c. 1. Ioan.): *Anima cognitionem quam habet cum Deo, caro autem nullo modo communicat*. Unde maiori afficit corda admiratione, ac stupore unio Dei cum carne, quam cum spiritu: hac ergo de causa dicit: *Et Verbum caro factum est*: et hinc est, quod haec verba nos usurpare consuevimus, cum ad nostrum explicandum mentis stuporem, et ad cordis aperendam admirationem proferimus: *Verbum caro*. Gregorius Nazianzenus (epist. 1. ad Cleodionum) opinatur verba illa manifestare divini amoris immensitatem, cuius insuperabili vi, ac fortitudine ad tam innum gradum Deus amans ceciderit pro dilectis: non enim aliter excellentis Dei erga nos amor declarari poterat, quam quod nostra causa ad delectationem partem, hoc est, ad carnem se demitteret. D. Tho. (hunc in locum) carnis nomen adhibere assertit Ioannem, ut ostenderet: *Quod caro hominis infra per carnem Verbi reparata est*. Ubi non est animadversio indignum, ante perpetratum Adae peccatum, nunquam in sacris Scripturis hominem carnis nomine reperiri nomenclatum: licet enim Adam dixerit (Genes. 2): *Hoc nunc os de ossibus meis, et caro de carne mea*, nomine carnis minime intelligebat integram hominem, Evam scilicet, aut Adam, sed partem ipsam Evae, hoc est corpus, quod ex parte Adami, nempe costa, reformatum fuerat; post peccatum vero frequentissime hominem sacra Scriptura carnem appellat, quia obsequenter est legibus carnis, quam rationi: *Omnis caro corruperat viam suam: Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est*. Ut ergo, suaderet Evangelista, asserit s. Thomas, *contagium, et detrimentum, quod ex carne in hominem irruerat, Christi carne reparandum, carnis utitur voce: Et Verbum caro factum est*. Cyrillus (super c. 1. Ioan.) asserit, ex industria Verbum divinum cum carne Evangelistam copulasse, hoc enim loquendi modo *facilius et magnitudo vulneris, et remedii vis conspiciatur: sic aegrotans, et medicus; sic quod lapsus in mortem est, et qui a morte ad vitam suscitatur, quasi oculis cernitur*. Iansenius denique inter hunc locum explicandum eam affert rationem, ut ostenderet Verbum naturam solum assumpsisse, sibi que copulasse humanam, non vero eiusdem suppositum. In cuius rei figuram illud ex sacra Scriptura novimus, quod cum sancta mulier Ruth, adeo egenia, ut vel spicas mendicans legeret ex messorum manu decedentes, matrimonio collocanda eret cum Booz, viro ditissimo, et opulentissimo, opus fuit, ut qui consanguinitate proximior de iure legitimus vir futurus esset illius, se ipsum excluderet, suoque cederet iuri, et sic dives Booz in eius succederet locum: ex quo matrimonio religiosa mulier Ruth dives evasit, abundans coepta, universaeque domina facta viri sui substantiae, et ex ea reges Israel, alique praecellentes cum humana natura, ut Augustino teste: *Si quae comparari cum ea potest, quia Verbum ae-*

eternum esset matrimonio copulandum divinum Verbum terrenae, ac maxime egenae naturae humanae, illud praestandum erat, ut suppositum, seu persona humana, cui velut consanguinitate propinquiori illa, ut legitimo debebatur viro, iuri suo cederet, sique in eius ingrederetur ac succederet munus hypostasis divina naturam sustinens, ac in se ipsa suppositans humanam: ex qua unione eo evasit splendor praefulgens, totque abundans copis hominum conditio, ut universalis fieret homo terrae, coelique dominator, qual ipse Christus Dominus ostendit, dicens: *Data est mihi omnis potestas in coelo, et in terra*.

Explicata iam verborum Ioannis littera: *Et Verbum caro factum est*; illud reliquum est, ut circa ipsa, morali immoremur consideratione: sunt etenim multae divinisque repleta mysteriis. Computum salis omnibus est id, quod maiori nos a Deo dividit, secretumque intervallo, peccatum esse, et culpam (Isa. 99): *Iniquitates vestrae diriverunt inter vos, et Deum vestrum*. Unde Paulus, qui sancta, ac religiosa praesumebat elatione lenacissime Deo adhaerere, inter innumeros fortissimosque cum infestans inimicos, quorum longum habet catalogum (ad Rom. 8), de quibus edisserit, hoc eos praestare non posse, ut ipsam a Christo separent, ac seiangant: *Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia, an fames? etc. peccatum minime, seu culpam enumeravisti sciebatur etenim, vel solum divisionem istam esse posse peccatum; hanc vero universalem generis humani a Deo Adae peccatum causavit divisionem, in cuius tamen reparationem divina ordinavit, ac disposuit sapientia, ut verbum hypostatice carni copularetur vinculis adeo arctis, ut Deo iam arctius uniretur, quam ab eo fuerat separatus homo per culpam: etenim eam tantum homo amisit unionem, qua per habitalem gratiam copulabatur Deo; ad per unionem carnis cum supposito divino, non solum per gratiam, sed etiam realis et hypostatice facta fuit unio: unde et maxima inter humanam divinamque naturam orta est idiomatum communicatio, ita ut homo sit Deus, et Deus homo: homo omnipotens, Deus debilis: homo vivit, Deus moritur: nec non ita, ut Deus, et homo isdem prospicerent oculis, una lingua gustarent, pedibus graderentur isdem, et quocumque pergebat homo, pergebat et Deus; ubi stisibat homo, consistebat et Deus. Si homo manducabat, Deus manducabat, et si homo dormiebat, Deus dormiebat. Mirum in modum hoc explicabant corniculae tabernaculi, eo inter se modo laqueis quibusdam coniunctae, et colligatae, ut ex duabus partibus una efficeretur, nec movebatur una, quin et alia simul commoveretur. Hoc etiam modo unionis hypostatice laqueo erant colligatae divina, humanaeque natura, ut nec per breve quidem spatium moveri posset natura humana, quin simul etiam et Deus: nec respirare poterat homo, quin simul respirasset Deus. Et ut paucis dicamus verbis, mirabilis haec unio adeo arcte connexuit divinum suppositum cum humana natura, ut Augustino teste: *Si quae comparari cum ea potest, quia Verbum ae-**

ternum est unitum Patri, haec una est. Licet enim illa vel maxima sit, remanent tamen semper personae duae, et realiter inter se distinctae; haec vero unio hominis cum Deo ea est, ut in unam indivisam, et indistinctam convenient personam, ut verba Ioannes indicant: *Et Verbum caro factum est*.

Miram se ostendit Ioannes cosmographiae scientiam habere: etenim incomprehensibilem Dei immensitatem, eiusque arcana maxime recondita duobus colligit brevissimis, et concludit verbis: *Et Verbum caro factum est*. Solent qui cosmographiae pollent facultate, provincias integras, regna, nationes, universumque vastum universi ambitum brevi in pagina veluti compendio exprimere, quod artificiose adeo praestant, ut quod diffusum erat, atque adeo extensum, ut oculorum excederet aciem, fugerique oblitum, angusta descriptum pagina oculis obiciant. Hoc quidem usus artificio, haec Ioannes arte adhibita, compendiosa perstrinxit, ac brevi indicavit clausula maxima divinatque mysteria. Etenim si Verbum divinum, quod Deus ipse Filium vocat, carnem assumpsit, patrem utique habet, cum Patre, et Filius mutua correlatione referantur: carnem assumpsit, nulla viri, sed tantum adhibita in consortio Virginis, sancti Spiritus opera. Est ergo in Deo tertia persona, atque adeo personarum Trinitas. His si copulentiis, quae naturali collustrata lumine attingi ratio, unicum scilicet tantum esse Deum, illico fiet, tres in unum subsistere divina natura personas. Insuper vero, si Verbum carnem assumpsit humanam, sequitur idem suppositum esse Deum, et hominem: hinc vero omnia deducuntur Dei hominisque, tam humilia, quam sublimia praedicta, utramque eius naturam discrete attestantia. Etenim si Christus est Deus, erit quidem aeternus, incomprehensibilis, omnipotens; si vero homo, erit humanis subditus egestatibus, fami, siti, et frigori, erit passibilis, ac mortalis, sed nullo divinitatis detrimento. Sicut enim arbor solis divalustrata, et praefulgens radiis, nullo solis Incisusque praecidit, ut lucis facta scissura praecidit, sic etiam potuit Christus emori, atque re ipsa, ut homo, nulla divinitatis iniuria, vitam ultimam terminare periodo. Si ergo huiusmodi colligit mysteria, totique perstringit divinus Ioannes duobus in verbis arcana, merito peritissimi nomen ei debetur cosmographi, et praecelsi divinum Chronistae, dum ait (Ioan. 2): *Et Verbum caro factum est*.

Communis est Patrum sententia, quod ut Filius Dei pro nostris Patri satisfecerit peccatis, eoque modo satisfactionem perficeret, quod re ipsa iam complerit, carnem opus erat ut assumeret humanam: etenim sui forma Dei, eius, cui satisfactio debebatur, satisfactio vere nosquam agere poterat vices; humana ergo sub forma hominis exhibens opus, eisque aestimationem, dignitatem, ac valorem sub forma Deitatis praebens, infinitum Patri de toto iustitiae rigore debitum reddidit pro nostrae culpae reatu.

Pulchra Athanasius hoc in loco rationem hanc explicat similitudine. Habet quis aposte-

ma aliquid, aut vulnus patrescens, peritus praescribit medicus, ut applicato cremetur igne; verum quia solus omnino pererit ignis, solumque etiam vulnus acceret ferrum, ferrum igne ferri vulnere iubet applicari, eoque modo proderit, quod infertur cauterium ulcibus. Equidem prae culpa faceret homo, miserum dolorum compendium, intellectus, caligine obductus, et excaecatus tenebris, voluit a vero declinans frangere, in malum declivis pronusque appetitus, passiones, affectiones, pravosque motus erumpens; anima tandem divina expoliata gratia. Si ergo homini sic constituto se applicasset Deus, iam libertate non esset donatus homo: summ enim ardentissimum applicans ignem, totam perdidisset libertatem, atque in aeternam deicisset poenas; non ergo sanitate obtinisset, sed maiori oppressus remaneret morbo, culpae pariter, et poenae: si vero solus purusque homo hominis vellet mederi vulneribus, insufficientes quidem adhiberet remedium, et divinam iritaret iustitiam, temere praesumens exequi, quod divinae tribuit omnipotentiae. Illud igitur efficacissimum erat remedium executioni mandandum, ut divinae ignis naturae humanitatis uniretur ferro, sicut praesentanea nostro vulnere applicaretur cauterii medela, ut re ipsa applicata fuit, quando Verbum caro factum est.

Hoc Incarnationis Verbi opus illud fuit praestantissimum, quod divinae metas praescribit omnipotentiae, nec ultra ipsum aliud potest excoigari mirabilis. Plinius in praefatione historiae naturalis illud nobilium antiquae aetatis moris fuisse refert pictorum, ut ad calcem describerent imaginis: *Apelles faciebat, Polyctetes faciebat*, ut hoc loquendi genere inuenerit, non esse ea industria elaboratum opus, quin erudit pictoris manibus aliquid superesset expoliendum. Evidet autem, ut celeberrimus pictor Prothogenes ea perfecit arte, illoque climaverit effigiem artificii, ut nihil omnino perficiendum reliquerit, suamque omnino exhauserit industriam: quamobrem non, ut moris erat, subscripsit, *faciebat*, sed *Prothogenes fecit*: ac si aperte dixisset, est praecipuum adeo atque egregium hoc opus, ut in eo nihil ultra desiderari possit. Hoc idem consimili ratione de eruditissimo orbis optice non immerito possumus asserere, videlicet cum fabricabat creaturas, *faciebat*, ut dixit Salomon (*Prov. 8*): *Quando praeparabat coelos, quando certa lege, et giro vallabat abyssos: ecce faciebat; licet enim pericula essent opera, poterat tamen Deus, si libuisset, efficere meliora; ubi vero hoc mirum divinumque operatur Incarnationis mysterium, iam non amplius dicitur, faciebat, sed fecit: Fecit, inquit (*Luc. 1*), potentiam in brachio suo, ut sacra Virgo decantavit in coelesti illo suo cantico; itaque fuit praecellens perfectumque opus, ut nullum prosum recipere possit incrementum, maxime cum sit omnium, quae Deus fecit, aut facere possit, praecellarissimum compendium.*

Ad haec, inter alia beneficia, ex hoc admirabili Incarnationis Verbi opere, illud magni momenti exortum est, ut singularis quaedam inter Deum, et hominem iniretur amicitia: nam

cum haec, ut perfecta sit, opus habeat esse inter aequales, ut Aristoteles docuit (*1.8. Ethic.*), ob cuius defectum, inter dominum, et servum vera amicitia esse non potest: tunc certe singulari ratione amicitia inter Deum, et hominem esse coepit, quando Deus homo factus est, quia in eo aequalitas illa praeferebat, de qua divus Paulus (*ad Phil. 2*) de Christo loquens, dixit: *Qui non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo. Atque huc facit, quod (1. Mach. 10) legitimus, regem Alexandrum Antiochi regis filium, cum vehementer desideraret cum Ionatha humilis conditionis viro amicitiam contrahere, prius tamen ad inaequalitatis obicem illam impediendum impulsandum, purpura illum induit, et pontificio diademate caput eius redimivit: sic enim ait sacer lertus: *Audivimus de te, quod vir potens sis viribus, et aptus es, ut sis amicus noster; et nunc constituimus te summum sacerdotem Gentis tuae, ut amicus voceris regis, et quae nostra sunt, sentias nobiscum, et conserves amicitias ad nos; et misi ei purpuram, et coronam auream. Non dissimiliter volens Deus pro sua eximia benignitate perfectam cum homine amicitiam inire, filium sibi aequalem humanae carni in unitate suppositi copulavit, summum sacerdotem illum constituit (*Psal. 109*): *Tu es sacerdos in aeternum: dignitatisque regiae purpura, et corona eundem exornavit, ut Magi contestati sunt, acclamantes (Matt. 2): Ubi est, qui natus est, rex. Arctum adeo fuit huius amicitiae inter Christum, ut hominem, et ipsum Deum vinculum ut, si de vero amico proverbium fert: *Amicus est alter ego*: hic licet aedere de Christo homine, quod est esse Deus. Certe regis amicitia amplius non potest erga amicum ostentari, quam si ille regium sigillum in omnes, quotquot sibi liberet usus, ei credat, propriam tamen personam, etiamsi velit, ei communicare nequit; huius tamen amicitiae metas longe Dei amicitia erga Christum hominem transiit, cum non solum potestatis suae regium sigillum cum plenitudine ei crederet (*Ioann. 1*): *Data est mihi omnis potestas in coelo, et in terra, sed et propriam personam humanitati eius, indissolubili nodo copulandum munificentissime contulerit. Ne autem quispiam dicere possent, illam amicitiam soli Christo fuisse utilem, sane ipse suae amicitiae participes etiam nos constituit, ut satis indicant verba illius (*Ioann.*): *Iam non dicam vos servos, sed amicos, cum omnia, quae audivi a Patre meo, nota feci vobis.*****

Praeterea bifariam praedicta verba: *Et Verbum caro factum est*, nonnulli illustrari posse arbitror. Primo ex verbis illis *Abacuch (cap. 3)*: *Domine opus tuum in medio annorum vivifica illud. Vocat Propheta opus Incarnationis opus Dei: quia cum Deus in eo totam suam potentiam effundere deberet, ut postea cecinit beata Virgo: *Fecit potentiam in brachio suo, merito opus Dei per antonomasiam nuncupari merebatur; precatur autem propheta Deum, ut dignetur opus hoc vivificare: In medio annorum vivifica illud. Alludit, si fallor, ad id, quod contingere solet perliissimo pictori, qui primo imaginem delineat, et adumbrat, deinde**

Nivis coloribus cam exornat, ita ut videatur, emortuum imaginem vivificasse. Certe ante Verbi incarnati tempus, multipharium, multisque modis olim Deus portentosum hoc opus Incarnationis delineaverat, varias quasi umbras, et imagines eius praemittens: imago enim Christi fuit arbor vitae in terra virgine consitus, arca Noe aquis diluvii nunquam submersa, Melchisedech, panem, et vinum offerens, Isaac, victima patris sic factus, Iacob propter Rachelem multa passus, rubus, qui ardens, non comburebatur, manna de coelo descendens, serpens aeneus percussos sanans, arca testamenti intus deaurata, extrinsecus vero animalium pellibus cooperta, sol tempore Ezechiae retrocedens, et tempore Iosue gradum sistens, fortissimus Sampson plures in morte Philistaeos, quam in vita interimens, sapientissimus, et pacificus Salomon templum Dei construens. Ac tandem, ut paucis multa comprehendam, omnia, ut ait Apostolus (*1. Cor. 10*), in figura contingebant eis. Huius ergo figurae, et imaginis vetustissimum opus, quod, quasi inanime, ante incarnatum Verbum praemisit Deus, vivificare postulabat Propheta pro adventum filii Dei in carne humana (*Abac. 3*): *Domine, opus tuum, vivifica illud. Tunc autem vero vivificatum est, quando animatum, ac vivificum Dei Filium corpus sumpsit, de Virgine nasci dignatus est. Secundo posuit eadem verba illustrari, si observemus, per illa aperte expugnari insanam illius insipientiam sententiam, cuius David meminit, asserens (*Psal. 52*): *Dixit insipiens in corde suo: non est Deus: quamvis enim non pauci Interpretes praedicta verba in sensu literali de Nabuchodonosor rege Babyloniae exponant, quia hic opere, et sermone contumeliose locutus est Deo; Magister tamen sententiarum (in *Comm. huius loci*) docet, Populum hebraeum, fuisse illum insipientem, qui Christi divinitatem abnegans, de illo dixit, certe in corde id sibi suadens: *Non est Deus. Hoc sane haereticum mendacium satis utique manet expugnatum ex verbis divi Ioannis (c. 1): Et Verbum caro factum est: quia cum Verbum sit Deus, iuxta illud: Et Deus erat Verbum, et Verbum carnem assumpserit, reliquum est Christum esse verum Deum, et ex consequenti mendacissime Populum illum effudisse (*Ps. 52*): *Non est Deus, etc.****

Quid plura in haec gravissima verba: *Et Verbum caro factum est*, effundemus? Certe, sicut omnibus causis natura insitum est suos conari sibi reddere effectus similes; ita Deus supra omnium causa sum quibusdam creaturis imprimere voluit effigiem; qua de re s. Thomas (*1. p. q. 10*) Deum angelos creasse docet, ut in orbe existerent, quae in modo operandi per intellectum ipsum imitarentur creaturae: et quoniam quaecumque creata certis terminis circumscripita sunt: Deus vero immensus sit, et infinitus, nec finit ad infinitum aliquo sit proportio, immo potius infinita intercedat distantia: Deus a creaturis, et hae a Deo longo intervallo dissidabant: unde decantabat David (*Ps. 58*): *Quis in nubibus aequalitur Domino? similis erit Deo in altis Dei? Illud igitur erat reliquum, ut Filius Dei ante saecula Patris in*

pectore genitus, Matris in visceribus gignere-
tur in tempore, deque thalamo virgine, carne indulus, sic Patri similis egrederetur, ut a Paulo vocetur: *Figura substantiae eius*. Pro cuius veritatis pleniori intelligentia est maxima consideranda digum, quod edocet Augustinus (*tom. 4. de Incarn. Verbi*), ubi explicat verba Pauli (*ad Colossenses c. 1*): *Imago Dei invisibilis, et (c. 7): Imago bonitatis illius*. Cum parva in tabula regis delineatum vides ab artifice vultum, asseris, faciem eius referri, illius est imago: verum perfecta omnino illius non est similitudo, continet enim homo substantiam, praeter externa accidentia, imago vero non substantiam, sed sola accidentia referre operatur vitaliter homo, at effigies opus est artificis: quod vitalium participes esse nequit effectum, cum intrinseco principio vitae sit expers; quod si filium qui habeat patris speciem undequaque referentem exactissime, vivum nominatum perfectumque patris simularum. Ita vero res nostra se habet. Duo extant Deum quae referunt simulacra, alterum artificiosum, ex illi materia efformatum (*Gen. 2*): *Fecit Deus hominem de limo terrae: quod quidem imperfecte divinam referat naturam; Deus enim simplicissimus, homo compositus; Deus purus spiritus, homo spiritus, et corpore constans; impecabilis est Deus, at homo peccabilis; Deus incorruptibilis, corruptio homo obnoxius. Alterum vero, ilque antiquissimum simulacrum, est Verbum divinum, cui suam communicans Pater naturam, et quoque omnes communicavit essentialis perfectiones, unde adeo perfecta Patris evasit imago, ut sit originali rescriptum omnino aequale. Hinc vero evenit, ut Christi humanam sibi copulans Verbum naturam, homo, qui velut artificialis imago Dei erat, adeo eiusdem naturalis evaserit effigies, ut videri contingeret, sicut et Deus sapientiam non aliter ac Deus: omnipotentiam habeat divinam; gloria sit praefulgens, ac redimitus maiestatis corona, sicut et Deus; quod ipse testabatur Ioannes: *Et vidimus gloria eius, gloriam quasi Unigeniti a Patre*. Hoc tantum potentiam non aliunde ortum habet, quam ex eo, quod *Verbum caro factum est*.*

Superioribus, iamque olim elapsis temporibus asperum, ac dura Dei vox videbatur, perterritae enim, et commovebat audientium animos: expertus id fuit Adam (*Gen. 3*): *Audivi vocem tuam Domine, et timui, et Israelitae parentes conclamabant (*Exod. 20*): Non loquatur nobis Dominus. Verum ut saavis auresque demulcens redederit, id Deus praestitit, quod peritissimum agere solet musicus, qui vocem cum habeat asperam, non solum eam emittit, utpote auribus ingratis, sed suavi dulcique lyrae sono, aut citharae concentu illam lenit, ac temperat, atque hae ratione in auditorum gratiam dulcissimum componit harmoniam. Certe priusquam Deus naturam assumeret hominis, vocem emittebat sic asperam, ut semel audita confurbarat aures (*2. Reg. 3*): *Tinnient aeternae aures*. At vero hae copulata voce, Verbi media unione, suavi humanitatis Christi musico instrumento, eique hoc dulci consonante sono, quod etiam theologi instrumentum*

appellat coniunctum divinitati, tam gratam concinnat harmonium, ut eximio eam audire cupiat Sponsa desiderio (*Cant. 2*): *Sonet eorum tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, et facies tua decora*. Unde hoc? quia *Verbum caro factum est*.

Ante incarnationis tempus sic intellectus excacata acie errabant humiles, ut paucissimi, ac velut digito numerabiles fuerint, qui verum Deum agnoscerent, et venerarent. In Deum quidam eligebant solem ipsum; lunam adorabant aliqui; igni debitum Deo tribuebant plerique honorem; invocabant nonnulli Iovem; Marti se dicebant non pauci; Veneri, aut similibus derisu dignis multi erant addicti. Huius autem ignorantiae ista erat ratio: nam cum Deus purus omnino spiritus sit, omnisque carnis secundum se expertus, illi vero carne, et ossibus compacti, et corporis mole constantes essent; omnis autem nostra cognitio a sensu ducit originem, ut philosophicum est proloquium: non medicum in veri agnitione Dei experiebantur difficultatem. Videns ergo superna divinaque maiestas hac adeo opus esse cognitione, ut sine illa quis vitam consequi nunquam valeret aeternam, se nostri coaplavit sensus imbecillitati, se hominem effecit, veluti ceteri, sensibilem, ac visibilem, ut eum sensus percipiat, et hinc ad mentem Verbi divini in carne pertingat notitia, sicut maiori sum agnoscat verum Deum facilitate; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA IV.

De ardentissimo veterum Patrum desiderio videndi Deum in carne humana: necnon de causis, ob quas tantum distulit adventum hunc, ac tandem de dispositione necessaria ad percipiendos mirificos huius adventus fructus.

Nobilis auctor Strabo illud in Aegypto Serapis in templo se vidisse scribit, statuum scilicet, cuius etiam meminid Pterias Valerianus, quam dux exercitus Mennon in montis culmine collocatam habebat vultu ad montem verso, ut non prius die erumpente, et sole noctis profulgante caliginem, per os illius suos traiceret radios, quam in montis eos effunderet radices, atque vicinis illuceret gentibus. Adeo admirabili haec statua avis instructa erat artificio, ut calor solis urens illum, suis radiis quoddam moveret musicum statuae inclusum visceribus instrumentum, quod velut suavissima tuba personabat; cum autem inferiorum incoelae regionis solis spectabant ortum, tunc aurorae eam appellabant filium, eo quod aurorae vices agens, solis praenunciabat adventum. Non inficior quidem Strabonem haec statuum vidisse, ut testatur ipse; at solis radios velut manus pulsatae instrumentum pulsasse musicum, Aegyptiacam arbitror sapere fabellam.

Verum quod in illis fabulam, antiquis in Patribus continet veritatem; eos namque divini solis ferientes radii eorum collustrabant mentes, commovebant et linguas, ut solis iustitiae Christi ortum velut coelestes praecinerent praecones. Quod quidem tanta peregrinae sollicitudine, ut non solum ad ortum aurorae eius promulgarent adventum, verum ad noctem quoque intempestam eius anxie exploraverint gressus, quod Isaias te tabatur (*cap. 62*): *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die, ac nocte non tacebunt; et (cap. 21) singulos interrogat silentis custodes noctis: Custos quid de nocte? Quae pars superest, post quot horas nostro erumpet aurora in hemisphaerio, solque suos apparet profundens radios? His et consimilibus ardentissimum Patres, quo de Christi adventu flagrantem desiderium pandebant. Qui vero celeris praecellentes haec in re tuere, hi exlitterent Iacob, et David, et Isaias. Iacob (*Genes. 49*), nullam concludens vitae periculum in haec prorupit desiderio aestuans verba: *Salutare tuum expectabo Domine*. Ac si diceret, en certe vita succidit mea; at Saluatoris adventus, donec in mundum venerit, in me viva virens servabitur spes. Chaldaeus Paraphrastes pulchrum ad haec verba addit commentum: *Non expecto Salvatorem Gedeon, filii Iosias, quae est salus temporalis; nec salutare Samson, filii Manoer, quae est salus transitoria: sed expecto redemptionem Christi, filii David*. Regius quoque vates David ardentibus huius adventus replebat aulam suspiriis, suique videbantur sibi ferventiora, quam ceterorum Patrum desideria, ubi enim habet vulgata: *A custodia matutina speret Israel in Domino*, transfert Chaldaica: *Anima mea ardentius speravit adventum Domini, quam vigiles nocturni adentum matutinum*. Ac si dicat, sicut qui vigilias custodiant nocturnas, integrum noctem ducunt insomnem, nec oculos quidem obcludent, ne eorum dux dormitantes eos inveniatis, in lethalem eos transferat somnum, qua de re solis ortum exoptant avidissime, ut perbrevis saltem tempore somnum valeant arripere: ita non minus ardens de ortu Solis iustitiae Christi David proflebat esse ipsis desiderium. Isaias etiam maximo animi exoravit affectu, dum ad Patrem aeternum dirigens eloquium proclamabat (*Isaiae 16*): *Emitte agnum Domine, dominatorem terrae, de Petra deserti, ad montem filiae Sion, et erit avis fugiens*. Patris Filium vult emitti, ut Agnum mitem scilicet, et usque ad mortem paternis obtemperantem praecipis; ut dominatorem, qui sciat imperare, et eiusdem mortis dominium habeat, obtineatque principatum, sic erit quasi avis fugiens flumen transitura. Aves ubi discriminosum remeare debent rivum, aut maris partem aliquam, illud natura edocente solent praerata, ut unam praemittant, velut iterum ducem, quae tutum sequentibus praebet transitum, ut de marinis aseribus late refert Pterias (*suis in Hierogl.*), cuius rei etiam meminid Alciatus (*in suis Emblematis*). Dum ergo Isaias obprobret Filium Dei, ut avem per latum flumen transituram adventare, eum, ut ducem expetere videbatur fortissimum adversus comminam hu-*

mani generis hostem, qui nobis iter ad salutis portum nitentur praeccludere. Denique sic ardebat antiqui Patres desiderio, sanctoque flagrabat affectu, quod ut magis desiderii crederet flamma, et recentior in eis viveret Christi adventus memoria, quidam laminis insculptum aureis, et alii argenteis; quidam expressum tabellis, alii suorum manuum in gemmis annulorum eius gestabant effigiem, ut non obscure indicant, quae divinum Verbum edixit verba (*Ose. cap. 12*): *Et in manu Prophetarum assimilatus sum*. Iacob quoque in Ioseph filii sui eum effinxit virga, atque hac eam adoravit de causa, ut dixit Paulus (*ad Heb. 11*): *Adoravit fastigium virgae eius*, et clarius Chrysostomus: *Adoravit Christum in suo typo*. S. etiam Iob in testa, qua scalpebat ulcera, Saluatoris effiguravit imaginem, ut testatur Gregorius (*in lib. 3. Mor. c. 11*) dicens: *Testa sanien radebat. Quid enim aliud in manu Domini testa est, nisi caro ex nostrae substantiae tuto sumpta? Praecipua quoque, quae in lege scripta offerbantur sacrificia, imagines erant, ac veluti in hominum excitantes memoria Saluatoris in hunc modum adventum. Non irrita quidem Deus fecit haec velle, nec incassum distulit haec desideria: advenit etenim denique tempus, quo adimpletum fuit, quod praenuntiavit David (*Psal. 18*): *Respexit in orationem humilitum, et non sprexit preces eorum*. Hunc locum quidam intelligunt de Patribus antiquis, quorum audivit Deus orationes, ut Filii sui in mundum acceleraret adventum; quod quidem recte variis huius loci conceit translationibus: etenim Chaldaeus habet: *Respexit in orationem desolatorum*; alii: *In orationem solitariorum*; sanctus Hieronymus: *In oratione vocatus*; Originale Hebraicum: *In oratione mysticae*, quae est herba quaedam valde parva: quas quidem omnes uniendo translationes, idem fuit, ac dicere, et audivit antiquorum Patrum orationes, qui sine Christo iacebant consolationis destituti, solitarii, humiliati, ac veluti vacui, ac suis carentes bonis. Neque ab hoc dissonat intellectus, immo et ei mirum conceit in modum Ammonii translatio, legendis: *Respexit in orationem cicadae*. Mirifico cicadae antiquos appellat Patres mysterio: sicut enim cicadae Virgilio referente coeli pascentur rore:*

Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadae:

sic et Patres antiqui rorem a Deo coelestem divini Verbi posebant in cibum, tanquam eorum abunde expleturum famem (*Isa. 35*): *Rorato coeli desuper, et nubes pluviam stantem*. Unde sicut iuxta diversitatem nationum sunt diversa salutationum genera, ita a tempore Moysis, et deinceps, illa erat frequentem usitata salutio, quam revelaverat amico suo Moysi (*Numer. cap. 6*): *Ostendat Dominus faciem suam tibi*, id est, Filium suum: quem apte satis faciem vocat, quia sicut per faciem unum ab alio secerimus, et dignoscimus; ita per Filium nobis innotescit Pater, et a Filio, et Spiritu sancto realiter distinctum profitemur. Verum quavis in antiquis scriptae legis Patribus effluerit magis Christi adventus desiderium.

CARTHAGENA DE SS. Trinit. et Christ. Dom. — Vol. IV.

rium, si tamen res attentius expendatur, late in omnes diffundebatur homines, qui aliqua divinae fidei erant collustrati sentilla, cupiditas Deum visibili sub specie videndi, palpandique. Unde toto tempore, quo sub visibilibus nubeculae specie, aut igneae columnae Deus praebat Israelitis, nunquam alium tentarunt venerari Deum. At cum primum in montem secessit, ut legem eis idiceret, quam servarent, eorumque se subtraxit oculis, importuno instare coeperunt aeternum, ut Deum sibi conficeret, quem eis praevium vernerent oculis (*Exo. 32*): *Fac nobis Deos, qui praecedant nos*. Qua in re sic enixe agebant, quod licet Aaron rem adeo arduam, ac perdifficilem postulasset, monilia videlicet, mureanulas aureas, et similia, illud sibi persuadens, maioris illis futurarum meritoris causam, monilibus, quam Diis sui expoliari; hanc tamen superantes difficultatem, ac omnibus spreis modis omnibus habuissent aliquem Deum. Vires quoque religiosos, ac pios testatur Paulus (*Act. 17*), hoc eodem affectu desiderio: *Si forte attrahent eum, et inveniant*. Hunc denique communem, ac per omnes diffusum homines affectum cernens Deus, Filium suum humanam induere carne, ac in terris mittere decrevit, ita ut eum viderent, et manibus contrectarent, ut Ioannes dixit (*1. Ioan. 1*): *Quod vidimus, et percipimus oculis nostris, et manus nostrae contractaverunt de Verbo vitae*. Quod igitur his exultans commemorat Ecclesia diobus, angusta sunt, quae nobis coelitus mittuntur internum, iam iam, breve post tempus divinum exsequendum fore decretum, humanumque videndi Dei exultandum desiderium; ac ita Ecclesiam sacris his contemplatur diebus ea perfusam laetitia, qua solent Hispana regna repleri, dum ex remotissimis Idorum insulis ingentem auri, et argenti quantitatem, et magnum maximeque opulentum expectant mercium cumulum, in quo omnes suam habent collocatam spem. Ut enim tunc magna exultant, ac gestiant laetitia, scientes iam esse divitias illas inimicis immunes manibus; quod si praecedens aliqua ad portum appellat carinula, iam iam litus attingere optimi navigium mercibus praenuncians onustum, tunc ibilibus augebit, magisque in omnes diffunditur gaudium. Non longe ab hoc diversa ratione, sancta mater Ecclesia, his diebus inaequabilem thesaurum orientalibus coeli e regionibus adventantem sperat, unde suum omne devenit remedium, aeternum videlicet Dei Verbum humana vestitum carne, eoque nomine nunc maiori exultat gaudio, quia mox duo de eius adventu laeta habuit nuncia. Alterum est: *Veniens veniet, et non tardabit*. Alterum vero: *Prope est iam Dominus*. Quasi dicat, prope est iam locupletissima Mariae navis, ac mane Bethlehem portum attinget, et e navi ad terras desiliet gloriae Dominus. Refert non parum ad rem hanc elucidandam, quod narrat Fabius Pictor, ut exlat apud Pierium Valerianum, quod cum castra disposuissent circa hostes Romanorum Capitolium, illud obsidentes, Romani schedulam e collo hierundinis suspendentes, in qua modum et rationem